

est, quod nisi probetur non præsumitur l. 1. C. de Probation. Et cum ideò quis cooptetur in collegium, ut proximo arte suâ Gratificetur, aliosque in eâ Erudiat, præstabit utique (cum inter artifices magna sit differentia, l. 31. ff. de Solution.) Peritiores saltem admittere, ut bonum publicum eò melius promoveatur. Nam quod quis ipse non Potest, alios Docere nequit. *§. Arn. Reyger in thesaur. voc. Opifices.*

DIVORTIONIS Litteræ.

§. 95.

cum Olim Maritus uxorem in adulterio deprehensam datis *Divortionis* & seu *Repudii* litteris (*Scheide-Brieff* β) justè repudiaverit γ. quæritur an idem in simili casu Uxori in maritum licuerit?

Negatur.

Ratio 1. quia hic Delicti diversitas ideoque diversum Jus. δ. 2. quia adulterium Uxoris gravius delictum quam Mariti. ε. 3. quia reverentia Marito ab uxore debita id non permittit. ζ. 4. quia *Duo* cum faciunt *Idem*, non est *Idem*. η.

α. C. 11. X. de Rescript. 6. Esaiæ c. 50. v. 1. Jerem. 12. v. 28. γ. Plutarch. in vitâ Romuli: qui potestatem *Maritis* dedit uxores adulteras repudiandi, *Uxoribus* non item. l. 1. C. de adult. l. 30. C. eod. Deur. 24. v. 1. Matth. 5. v. 31. & 19. v. 7. Marc. 10. v. 4. Luc. 16. v. 18. δ. arg. l. 32. ff. de Pact. ε. huic enim immerenti partum obtrudit Alendum, familiamque ejus indelebili aspergit Maculâ; quæ omnia cessant in Marito: quia partus Ventrem non Patrem sequitur l. 7. C. de rei vindic. ut taceam aliàs majorem à Feminis requiri pudicitiam quam à Viris Sig. Finckelth. Obs. 30. n. 47. ζ. l. 14. §. 1. ff. solut matrimon. l. un. §. 7. C. de Rei uxor. act. η. Joh. Giesberti Logic. tab. 45. n. 4. in fin. Hodie verò, cum iniquè pudicitiam vir ab Uxore exigat, quam ipse non exhibet l. 13. §. 5. ff. ad L. Jul. de adult. iisdem utuntur juribus l. 8. C. de Repud. quia in Utroque adulterium peræque damnatur. c. christiana 23. c. 32. q. 5. nec Viro licet quod Mulieri non licet. c. 4. caus. 32. q. 4. c. 5. caus. 29. q. 1. adde B. Carpz. lib. 2. Jurispr. Consistor. Tit. 11. def. 189. n. 13.

DOTALES Litteræ.

§. 96.

utrum in mutuâ conjugum Successione *pacta Dotalia* α (*Heyraths-Brieff* β. *Heyraths Notul/ Ehestiftung* γ.) attendenda veniant an verò *Jus Commune*?

Illud Affirmatur. δ.

Ratio 1. quia Pacta dotalia præcisè sunt Servanda. ε. 2. quia his deficientibus demum Statuta loci observantur. ζ.

α. G. Ad. Struv. Ex. 30. th. 16. 6. G. Schulz Synops. Inst. l. 1. tit. 10. K. p. 31. γ. B. Carpz. defin. consistor. l. 1. t. 11. def. 177. n. 4. δ. G. Schulz d. l. ε. t. t. ff. de pact. dotal. C. de pact. convent. A. Gail. 2. obs. 78. n. 7 & obs. 80. n. 15. ζ. Joh. Schneidevv. ad Inst. de successione inter virum & uxorem n. 2. sqq.

Dürre